3

Promotie
Van Reinerus Bontius Med. D.
1599.

NN. 1, 24 NA 2

—— *Leyden.*

7539. In Latin, on parchment: written in 1599 at Leyden: single sheet, 22 × 12¼ in.: in modern cloth case, 8⅛ × 4⅝ in.

Diploma of the University of Leyden, conferring upon Reinerus Bontius of Leyden the degree of doctor of medicine, 28 Aug., 1599; subscribed by S. Bonaventura Vulcanius as secretary; with silk ribbon for attachment of the seal of the University, and fragments of the seal.

Reinier Bontius, or de Bondt (1576–1623), father of Jacobus, became professor of medicine at Leyden in 1617.

FROM
THE LIBRARY
OF
SIR WILLIAM OSLER, BART.
OXFORD

7539

3

Promotie
van Reinerus Bontius Med. D.
1599.

NN. 1. 24 NA 2.

—— *Leyden.*

7539. In Latin, on parchment: written in 1599 at Leyden: single sheet, 22 × 12¼ in.: in modern cloth case, 8¼ × 4⅛ in.

Diploma of the University of Leyden, conferring upon Reinerus Bontius of Leyden the degree of doctor of medicine, 28 Aug., 1599; subscribed by S. Bonaventura Vulcanius as secretary; with silk ribbon for attachment of the seal of the University, and fragments of the seal.

Reinier Bontius, or de Bondt (1576–1623), father of Jacobus, became professor of medicine at Leyden in 1617.

FROM
THE LIBRARY
OF
SIR WILLIAM OSLER, BART.
OXFORD

7539

433.3 94 BG4

Presented to the Library
BY
Sir William Osler

RECTOR ET PROFESSORES ACADEMIAE LVGDVNENSIS APVD BATAVOS LECTORIBVS SALVTEM.

Laudabile inprimis est maiorum noſtrorum inſtitutum, ut qui bonarum artium ac ſcientiarum ſtudijs totos ſeſe dediderunt, confecto ſtudiorum ſuorum curriculo, priusquam ſeſe ad praxim et cõmunis vitæ uſum transferant, Academiæ alicuius examen ſubeant, honorificumq doctrinæ ſuæ teſtimonium ab ea petant. Cum itaque ornatiſſimus doctiſſimusq vir Reinerus Bontius Leidenſis per multos annos diligentem aſſiduamq Medicinæ ſtudio operam nauaſſet, ac iam ad præſtandum Reipublicæ uberem laborum ſtudiorumq ſuorum fructum aſpiraret; petijſſetq à nobis ut ipſum titulo honoris Academici doctrinæ ſuæ conuenienti ornaremus: Nos honeſtiſſimam æquiſſimamq ipſius petitionem ex officio amplexi, primo per uniuerſam Medicinam cum accuratè examinauimus, ac deinde Theſes Medicas De Pleuritide tuentem audiuimus. In quibus omnibus cum inſignem eruditionem ſuam, Medicæq artis peritiam ſingularem pari cum modeſtiâ coniunctam prolixè nobis probaſſet, qui honeſtis ſtudijs & virtuti debetur honos petenti libenter contulimus. Quocirca, authoritate nobis ab Excell^mo gloriosæ memoriæ principe ac domino GVILIELMO A NASSOV principe Aurangiæ etc. Gubernatore Hollandiæ ac Zelandiæ etc. necnon ab Illuſtribus Hollandiæ ac Zelandiæ Ordinibus conceſſa, prædictum Reinerum Bontium Leidenſem (quod felix fauſtumq Reipublicæ Chriſtianæ ſit) Doctorem Medicinæ pronuntiauimus et declarauimus, pronuntiamus et declaramus; dedimusq ei et damus facultatem Cathedram Doctoralem conſcendendi et Medicinam docendi, interpretandi comentandi, faciendi atque exercendi. omnes etiam actus publicos et ſolẽnes ad verum Doctoris Medicinæ munus pertinentes exercendi; priuilegijs denique et immunitatibus ac prærogatiuis omnibus quæ huic ordini dignitatiq Docturæ jure vel more debentur fruendi. In quorum omnium fidem publicum hoc teſtimonium ſigillo maiore huius Academiæ et appenſo corroboratum, et manu Secretarij infraſcripti ſubſignatum ei dari curauimus. Datum Lugduni Batauorum, Anno Domini Milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono; Augusti die vigeſimo octauo; ſtilo nouo.

C. B. Vulcanius